

*Alios titulos Arelatenses dedi N. 1432. 2788. 2908. 2911. 3496. 4415. 4672. 5204. 5975. Sextani Arelatenses VI 1006.*

**6986** [d.] m. | M. Frontoni Eupori | IIIIIvir. Aug. col. Iulia | Aug. Aquis Sextis, navicular. | mar. Arelat.<sup>1</sup>, curat. eiusd. corp., | patrono nautar. Druen|ticorum<sup>2</sup> et utriclarior. | corp. Ernaginensum<sup>3</sup> (*sic*), | Iulia Nice uxor | coniugi carissimo.

*Inter Arelate et Tarasconem ad ecclesiam S. Gabrielis (XII 982 vidit Hirschfeld). — 1) De naviculariis marinis Arelatensibus eorumque corporibus quinque cf. supra N. 1432 (fin.), item N. 6987. — 2) Nautae Druentici etiam XII 734. — 3) Ernaginum prope Arelate memoratur itin. Ant. p. 344 et alibi; videtur fuisse ibi ubi hic titulus extat, cf. C. I. L. XII p. 125.*

**6987** . . . [I]ulianus<sup>1</sup> naviculariis | [mar]inis Arelatensibus quinque | [co]rporum<sup>2</sup> salutem. | Q[u]id lecto decreto vestro scripserim | !!!!!!!!!<sup>3</sup> proc. Augg. e. v., sub|ci iussi. Opto felicissimi bene valeatis. |

E. e.<sup>4</sup> | Exemplum decreti naviculariorum ma|rinorum Arelatensium quinque cor|porum, item eorum quae aput me acta | sunt, subieci. Et cum eadem querella la|tius procedat, ceteris etiam inploranti|bus auxilium aequitatis cum quadam de|nuntiatione cessaturi propediem obsequi | si permaneat iniuria, peto ut tam indemni|tati rationis quam securitati hominum | qui annonae deserviunt consulatur. | Inprimi caractere regulas ferreas et adplicari prosecutores ex officio tuo iu|beas, qui in urbe pondus quod susce|perint tradant. (*Ex secunda pagina pauca tantum vocabula supersunt*).

*Tabulae aeneae fragmentum, nescio qua aetate figuris animalium ornata et in pateram conversa, prodit in monte Libano supra Berytum, ubi antiquitus steterit, ignoratur (III S. 14165<sup>8</sup>; imago accurata est Revue épigraphique 1900 p. 114). — 1) Fortasse praefectus annonae. — 2) Cf. N. 6986 not. 1. — 3) Nomen erasum, fortasse procuratoris annonae provinciae Narbonensis (N. 1432). — 4) Exemplum epistulae.*

**6988** [p]agani pági Lucreti, qui sunt fini|bus Arelátensium<sup>1</sup> locó Gargario, Q. Cor. | Marcellí lib. Zosimo IIIIIvir Aug. col. Iul. | Paterná Areláte ob honorem eius, qui nótum (*sic*) fecit | iniuriam nostram omnium saéc[ulor]um sacrá|tissimó principi T. Áelio Antónino [Pio], . . r Rómae | misit<sup>2</sup> per multós annós ad práesides pr[ovinci]áe perse|cútus est iniúriam nostram suis in[pendiis] e|t ob hoc | dónavit nóbis impendia quae fécit, ut omnium saécu|lórum sacrátissimí principis imp. Caes. Antónini Aug. Pii | beneficia dúrárent permanérentque quibus fruerémur | . . . et balineo gratúitó quod ablatum erat paganís | [pági Lucreti], quód usi fuerant amplius annis XXXX.

*St. Jean de Garguier prope Massiliam (XII 594 cf. p. 815 ad apographum accuratum Peirescii). Tractavit Iullian Bull. épigraphique 3, 1885 p. 163 seq. — 1) Ex hoc titulo aliisque apparet Arelatensium territorium paene usque ad portas Massiliae pertinuisse, attributum iis sine dubio a Caesare dictatore. Cf. etiam supra N. 3975. De territorio Massiliae cf. N. 6761. 6762. — 2) [Patiente]r Romae m[an]sit? (Hirschf.).*